



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

126. Dominica in albis. De nova apparitione post octo dies facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

sieri p*ro*p*ri*a  
verò altioris erat amor Divæ in se, & in Filiū,  
ita & altioris ordinis fuit eius gaudium.

5. Ex impassibilitate I*esu* Patris Pater est,  
qui generat naturæ suæ similem : Christus  
per gratiam nos sibi generavit, in primis verò  
B. Virginem: quare quò magis ipsa Patrem  
suum dilexit, eò amplius gavisa est.

6. Ex absoluta Christi ab omni dolore li-  
beratione, quos ipsa dolores quo magis antè  
penetraverat, tanto amplius ex abstensione  
illorum lætata est.

7. Propter restituta tria bona, quibus nī-  
hil potest esse melius : Amicitiam Dei, & ho-  
minis : Participationē fructus Passionis Chri-  
sti, & Jus ad summum bonum obtainendum.  
Nihil est melius his tribus bonis acquisitis,  
nihil pejus his erexit. B. Virgo vim utriusq;  
excellenter agnoscit, gavisa igitur summè est,  
& meam ingratitudinem suppleverit. Petam  
sieri particeps horum gaudiorum.

## MEDITATIO CXXVI.

Dominica in albis,

De nova apparitione post octo dies facta.

A Spiciam undecim Discipulos, postquam  
ex præcepto Domini abiissent in Galilæā,  
clausos non metu, sed alijs de causis à Do-  
mino repente visitatos, præsente Thomâ. Pe-  
tam uiles fructus hinc colligere.

220     Dominica in albis.

*Conf. 1. Culpabilem Thomæ incredulitatem: licet enim initio aliquantulum excusabilis esse potuerit, negari tamen non posse, quin deliquerit incredulitate, pertinaciâ, superbiâ, & irreverentiâ, quod tam diu totie stibus, qui cum Domino etiam manducabant, non crediderit, nec credere voluerit, nisi cicatrices Domini tangeret: permisisse tamen Deum labi Thomam ad fructum humilitatis, ad fidem firmiorem, ad articulum de R esurrectione magis stabiliendum. Dcernam & ego; ex lapsibus meis fructum quam maximum colligere.*

*Conf. 2. Verba Christi humilitate plen dicentis Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuā, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis. Hinc conversus Thomas, respondit, & dicit ei: Dominus meus, & Deus meus! Credibile est, quod præ reverentia à tactu abstinuerit, & ad pedes Domini in terram se abjecerit, quem Dominus manu apprehensum voluit, ut desiderium suum adimpleret, & divine Charitatis magnitudinem; Thomas vero attactu Domini illuminatus, utramque naturam Christi confessus est. Videbat, inquit Augustinus, tangetq; hominem, & confitebatur Deum, quem non videbat, neq; tangetabat sed per hoc, quod videbat atq; tangetabat, illud jam*

*remota*

**Dominica in albis.** 221

remotè dubitatione credebat; Laudabiliter quidem, sed laudabilius, qui solo auditu credunt: sequitur enim: *Quia vidisti me Thomam, credidisti: beati, qui non viderunt, & crediderunt. Si beati, qui viderunt, beatiores qui non viderunt: quia magis participant de natura Fidei, quæ est argumentum non apparentium, ad Hebr. 11. a deo que magis merentur. Quare si mihi optio detur, malo credere, quam videre.*

*Conf. 3. Cicatrices à Domino retentas miraculose, quod non sanguinent, neque venarum, vel arteriarum cuiusum interrum- pant, retentas in confirmationem Fidei. 2. Victoriæ de inimicis. 3. In memoriam sui erga nos amoris. 4. Ut Mediator & Advocatus per eas Patri representatas magis nobis pro- fit. 5. Ut nos ad sui cognitionem, amorem, & obedientiam extimulet, officiique erga se nostri commonefaciat. 6. Ad confundendos in die judicij inimicos, ad exhilarandos ele- ctos. Ut inde participem, sequar consilium D. Bernar: de ordine vitæ: *Beatus, qui castus perseverat in corpore, & mente: huic procul dubio caro & sanguis Redemptoris nostri efficitur sa- lus, & vita.**

**MEDITATIO CXXVII.**

Feria 2. Domin. in albis.

*De Promissis Evangelicis in genere.*

K 3 Aspiciam